

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
FEBRE PUTRIDA
QUAM

Annunte Inclyta

FACULTATE MEDICA
IN CELEBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE
B U D E N S I

*Pro summis in Medicina honoribus, Privi-
legiisque Doctoralibus per Regiam Univer-
sitatem Budensem conferri solitis legitime
impetrandis*

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

submitte.

JOSEPHUS MARTINUS KNIE

Hungarus Pestiniensis

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS

P A L A T I O


DIE MENSIS NOVEMBRIS M. D. CC. LXXXI.



Typis Catharinæ Landerer, Viduæ

Ars longa, vita brevis.

HIPPOCRATES.





PRÆFATIO.

*Superfluum laborem me forsā susce-
pisse judicabitis, dum nonnulli sub nomi-
ne febris putridæ unum, determinatum-
que morbum esse existimabant, sed eo
minus mirabimini febrim putridam ul-
terius dispefci debuisse, quod dysenteria,
& febris puerperarum non sint unius,
ejusdemque naturæ, sed longe intimius
ea classificari necessum sit.*

Inde lites Authorum in plerisque


morbis componere valemus, ubi hi methodum antiphlogisticam, illi emeticum, aut demum vesicantia extollunt, si diversam morbi naturam perspexerimus, quæ cognitio practica a recentioribus optima recensetur.

Sed neque existimetis, me quid novi in lucem edere voluisse, sed solum vestigia sequi veterum, & quod a præclarissimis olim Professoribus usu acceperam, in dissertationem congesti, ut consuetudini scholasticæ satisfacerem.

Quis enim mortalium in tanta multitudinem rerum medica per Annos suos scholasticos, quibus huic vasto, am-

ploque studio incumbit , quid novi inveniret , ut in lucem edere posset , ubi versatissimi sæpe viri sub copiosissima praxi cum assidua diligentia , & constanti observatione per plurimos primum annos quid novi pro bono Reipublicæ condere satagant.

Sed fors Dii dabunt , ut plura de hac materia in posterum differere queamus , si plures observationes perspectæ , congestæ , & lucubratae fuerint.





Febbris putrida omni tempore generi humano coæva, cuique sexui, & ætati communis esse reperiebatur, & jam endemica, jam sporadica, sed plerumque tempore æstatis, & autumnus epidemica, ut Clarissimus Grant asserit, esse solet.

D E F I N I T I O .

Febris putrida non tam logice definiri, quam oratorio more ratione Symptomatum suorum describi poterit, licet degeneratio humorum cum summa dejectione virium vitalium a nonnullis nuncupetur.

S Y N O N Y M I A.

Febris putrida, synochus putris, febris carcerum, nosocomialis, nau-tarum, etiam castrensis, hungarica dicitur, petechialis, aut veterum petechifans, miliaris, scarlatina, catar-ralis nonnunquam maligna nominatur.

Quæ tamen denominationes solum respectu loci, efflorescentiarum diver-sæ, ad indicationem nihil conferunt, & sua indenditate tamen conveniunt.

C A U S Æ.

Sunt multæ, infinitæque, sed o-ptime ad subsequentes fontes redu-cuntur

Aer humidus, calidus, conclusus, neque renovatus, ut aer carcerum, navigiorum, tuguriorum, sunt exha-lationes cadaverum, & animalium vi-ventium, atmosphæra castrensis, ur-

bium obfessarum., loca paludofa , æftas præfocans , venti auftri , molles , humidi , exundationes prægreffæ , habitatio in locis profundis , inedia , præterea victus pravus ex alcalèfcentibus , aut indigeftribilibus , fitis diu tollerata , iter longum , vel maxime pedibus confectum , ftudia nimis exculata , abufus veneris , diuturnus mœror , aut fuburra biliofa non debite evacuata , fed fibi relicta , aut nimiis evacuationibus fanguineis pertractata , caufam præbent feбри putridæ , & nonnunquam fummam conciliant malignitatem.

D I A G N O S I S .

Sequentibus fymptomatibus dilucidatur.

Adeft ingens cephalalgia præcipue in parte anteriori , mœror magnus , infolitus , fomnus inquietus inter fudores , & calores nocturnos , oculi rubi-

cundi , subflavi , lachrimosi , limosi , facies triftis , flavefcens , dentes for- didi , lingua flava , virescens , & muco- fa , naufea præterea , vomituritiones , & vomitus accedunt , appetitus profta- tus , aut nullus , aivus olidiffima , di- arhoica , pulfus debilis , celer mollis , inæqualis , non raro intermittens , fum- ma dejectio virium , quam a longiori antea tempore accufant.

Certiozem autem reddunt diagno- fim , opreffio dolorifica ad præcordia , ardor urens cum delirio juncta , lin- gua arida , cruftofa , fuliginofa , non- nunquam lignea , cutis ficca , pete- chiæ , miliaria varii coloris , vibices , hæmorrhagia , ut veficæ urinarie , in- teftinorum , pulmonum , narium , quæ periculofæ , nifi fors a plethora exori- antur , cum diffolutionem humorum fignificent. Convulfiones , & fubful- tus tendinum non raro accedunt , tre- mor febrilis , meteorifmus , vel fitua-

tio supina ore aperto , diarrhæa affi-
dua , alvus , & urina infcie fluentes,
decubitus ad Coccygem , trochantē-
res , febris continua , fœtor tandem
cadaverofus.

Quæ omnia conjuncta raro repe-
riuntur , sed in pluribus ægris hac fe-
bre decumbentibus facile conspici-
untur.

Præfenti constitutione , & epide-
mia eo magis confirmabuntur.

Species febris putridæ sunt.

- a. Febris putrida saburrælis.
- b. Febris putrida inflammatoria.
- c. Febris putrida originaria , seu fy-
nochus putris.

Febris putrida saburrælis adesse
cognoscitur , si ex symptomatibus su-
perius enumeratis vel maxime signa
saburræ prædominantis reperiantur ,
regnat autem , ubi febres biliosæ , &
morbi saburrales prædominantur.

Febris putrida inflammatoria, si cum febris putrida topica quædam inflammatio conjuncta fuerit, quod vel initio morbi evenire consuevit, ut in robustis, plethoricis evenit.

Aut morbo putrido primum accedere solet, ut mihi in nosocomio Viennensi S. Trinitatis multoties videre contigit.

Erat puella, cui 23 die morbi putridi pleuritis accedebat, ubi altera 15 die morbi enteritidem conquerebatur, quæ cum in gangrænam mutaretur, 25 tandem morbi die exspiravit.

Febris putrida originaria, seu synochus putris, si absque manifesta causa, summa dejectio virium, aliæque symptomata febris putridæ se manifestaverint, quin saburræ signa, aut inflammationis reperiantur.

Ad febres putridas quoque febris lenta nervosa pertineret, cum tamen Huxhamus eam sufficienter descripse-

rit, & brevi ab Illustri quodam practico plura comprobata accepturi simus, hanc speciem febris putridæ transire, persuasus sum.

Febris putrida cum aliis quoque morbis conjungitur, ut variolis, morbilis, vulneribus, fracturis &c. iisdemque summam malignitatem conciliat.

P R O G N O S I S.

Variat ratione naturæ febris, & respectu symptomatum.

Rationes naturæ Febris.

1. Febris putrida saburralis omnium minime periculosa, ac ceteræ species febris putridæ.

2. Periculosissima originaria, sed vel maxime, si cum topica affectione cerebri, aut pulmonum decurrat.

3. Minus periculi in febre putrida habetur, si vires vitæ exorbitaverint, quam nimis langueant.

4. Si sanitati restitui nequeant, inter 14 & 30 diem plerumque moriuntur, raro citius.

Respectu Symptomatum.

1. Vibices apparentes plerumque malum denotant.

2. Petechiæ purpureæ, lividæ, plumbeæ, latæ ferme semper lethales reperiuntur, ubi color petechiarum ruber, letior, neque magnæ minus periculi denotant cæteris paribus.

3. Antraces cum facili gangrænescentia partium lateralium pressarum lethales sunt.

4. Oculorum coniventia cum somnolentia juncta malum signum, nisi a consuetudine, vel causa manifesta exoriatur.

5. Lethalitem vero significat si meteorismus, pulsus debilis, intermittens, frigus extremitatum, aut sudor viscidus accesserit.

6. Subita resipiscentia cum meteorismo, artuum frigore aut sudore gelido lethalis quoque habetur.

7. Hæmorrhagia pulmonum, intestinorum, quæ feбри putridæ supervenit, malum statum declarat, sed hæmorrhagia renum mortem denunciat.

8. Aphthæ cineræ cum singultu aut diarrhæa subsequenti malum denotant, sed deglutitio stertorosa absque manifesta causa nuncius mortis esse solet.

9. Quousque respiratio naturalis fuerit cæteris paribus, febris non est periculosa, si vero brevis, celer, difficilisque, malum significat.

10. Sed sudor frigidus, viscidus cum frigore marmoreo extremitatum, pulsu debili, intermittenti lethalis observatur.

11. Fœtor autem cadaverosus in feбри putrida ferme semper mortem denunciat.

Febris putrida, uti alii morbi, terminatur in salutem, alios morbos, aut mortem.

In Salutem. Si debita medella cum benignitate morbi conjuncta fuerit, quod ex inferioribus patebit.

Solvitur vero critica, aut artificiali evacuatione per alvum vomitum, aut sudorem, salivationem nonnunquam, miliaribus, petechiis, aphtis, sed cum urina quoque eliminatur materias critica.

In alios morbos. Ut febrim intermittentem, quod in vernalibus plerumque conspicitur, aut abcessus varii, parotides, aliarumve glandularum tumores, languor diuturnus, hypochondriasis, hydrops &c. exoriuntur. Si mala medella adhibita, aut vires vitæ non sufficientes, quam ad expellendam materiem requirerentur.

In mortem definit. I. Si subita depositio serosa, purulenta ad partes no-

biles, ut Cerebri, pulmonum fiat, unde suffocatio, apoplexia &c. mortem inducunt.

2. Accedens inflammatio maligna in cerebro, pulmonibus, & intestinis.

3. Dathesis gangrænosa, unde meteorismus, decubitus varii, bubones, carbunculi &c. in gangrænam definentes mortem conciliant.

Cura Hic duplex, vel ratione naturæ febris aut ratione symptomatum.

Ratione naturæ febris est cura directa, aut indirecta.

Medella directa, Causas immediate, aut vitia manifesta auferimus.

Sic in febris putrida saburrali solvimus saburram, eam incidimus, per varia ut sunt radix graminis, taraxaci, scorzonæræ, sales medii, melita, fructus horræi, &c. postea autem commonstrante natura saburram evacuamus per superiora, ope Ipecacuanæ, ☐ emetici, oximelis scillitici, syrui

rupi emetici &c. aut inferiora versus, per Tamarindos cassiam fistulam, mannam, rheum, sales medios, &c.

In feбри putrida inflammatoria, tollitur inflammatio V^x sectione, sed avara manu peragenda, præterea conveniunt potus emollientes, fofus, cataplasmata, enemata ejusdem generis quæ quamdiu, & quanta exhibenda sint, non nisi frequenti visu, & exercitatione ad lectos ægrorum addiscuntur.

Acrimoniam putridam corrigimus per acida vegetabilia, mellita, aquosa, & acida mineralia quæ ultima hoc in casu & nimia rarefactione humorum locum solum habent. Quæ indicatio directa nuncupatur.

Methodus indirecta ad sequentia dirigitur.

1. An febris exorbitet, aut langueat.

2. An excretiones sint impeditæ, aut nimis profusæ.

3. An periculosa symptomata febrim concomitentur quod ex cura symptomata aparebit.

Si febris exorbitet, ratione exorbitationis V. Sectio ad §jv vj. instituitur. Præterea solventia, acescentia, frequentiora clismata exhibentur. Sed vel maxime renovatio aeris, non tam ad Thermometrum, quam sensationem gratam ægri recommendatur; frequentior exceptio e lecto, & situatio erecta. Quæ omnia melius praxi, quam lectitatione librorum percipiuntur.

Febris languens erigitur per flores, herbas, radices, ligna, quæ sub nomine stimulantium, aromaticorum in materia medica venire solent, ut radix Serpentariæ Virginianæ, Contrajervæ, Valerianæ sylvestris, angelicæ, flores arnicæ, quas optimos præstare effectus, sub auspicio clarissimi olim mei Professoris Maximiliani Stohl luculenter experiebar, licet quidam practicus

nomine Biker earum ufum novo fuo libello improbaverit.

Radix arnicæ ufitatiffima, fi diarrhæa, aut diffenteria debilitans concurrat.

Huc quoque pertinent vinofa, mofchus, caftoreum ejus effentia, & Cornu Cervi, Camphora, quæ ultima præcipue exhibentur, ubi fubfultus tendinum, tremores febriles, aut fimul convulfiones adfuerint.

Cortex peruvianus, fi nimia laxitas folidorum, aut longior morbus protractus, vel ubi fudores nocturni accefferint.

Epifpaftica, Sinaoifmos præftat prius adhibere, quam ad veficantia accedamus.

Nam alvum ficcant, ftranguriam non raro producunt, & humores ad putredinem difponunt, nifi fors magna debilitas, deglutitio impedita, aut fymptomata concomitantia ea expoftulent.

Quæ tamen omnia ratione symptomatum, gradus debilitatis discriminanda veniunt, & nonnisi longiori praxi, atque observationibus intelliguntur.

Nimix excretiones iminuendæ.

1. Si diarrhæa ægrum nimis debilitaverit, tunc opiatis pro tempore diarrhæa sistenda, ut

R. Syrup diacod. ʒss.

Opium pur. grss.

m. detur.

Ubi autem diarrhæa iminuta emeticum optimo cum effectu exhibetur, fecus emeticum in purgans convertitur, ut Clarissimus Professor Maximilianus Stohl multa experientia attestatur. Aut radix arnicæ, ut supra diximus, neque adstringentia, aut continuatio opiatorum in hac specie diarrhææ conveniunt.

2. Sudores autem nimii inhibentur Cortice peruviano, infusione vinosa salviæ, ut Svittenius recomendat.

Præterea mutatio lecti, expositio ægri aeri libero, aut si protracti fuerint finito morbo, ruficatio, æquitatio, variaque alia exercitia locum habent.

Excretiones suppressæ sunt promovendæ.

1. Alvus impedita præstat ænematibus sollicitari, quam purgantibus, licet decocta solventia cum tamarindis, mellitis, & salibus mediis hic quoque convenient.

2. Urinæ suppressæ ratio perspicienda, unde mutatio situs, appositio catheteris, exceptio e lecto, ambulatio sæpius repetita sunt adjumento.

3. Sudores autem impediti, ut cute sicca, lingua arida cognoscuntur restitui solent ablutione ope spongiæ tepidæ, fotibus emollientibus, &c. sed vel maxime a mildereri, aliaque sudorifera conducunt. Quæ methodus indirecta in secundo stadio febris putridæ Saburralis, & putridæ inflammatoriæ

locum habet, sed vel maxime in febris putrida originaria adhibenda venit.

Cura Symptomata.

Sunt Symptomata quædam febrim concomitantia, & eandem medelam cum natura febris exposcunt, ut delirium, exanthemata &c.

Sunt vero & alia, quæ si urgeant, propriam requirunt medelam. Ut diarrhæa, meteorismus, parotis, decubitus varii, singultus, &c.

1. Diarrhæa, de hac superius sub cura indirecta mentionem jam fecimus.

2. Meteorismus est varius, inflammatorius, saburralis, flatulentus, gangrænosus, unde ratione variæ speciei varia medela adhiberi debet.

3. Parotis est valde periculofum Symptomata, nam ægri ex hinc plerumque moriuntur. Cæterum jam methodus resolvens; emolliens, non nunquam suppurantia locum habent, prout nulla resolutio speranda, aut cum inflam-

matione conjuncti, interdum œdematosi parotides decurunt, unde vesicantia quoque locum habent.

4. Decubitus prævertuntur sæpius repetita mutatione situs, exceptione e lecto, immutatione albi vestitus.

Præfens autem curatur antiseptici, qualia sunt Camphora, & camphora us, Cortex Salicis &c. conveniunt præterea exsiccantia, adstringentia, uti suffumigia aromatica ex myrrha mastiche, Sandaracca &c. dein alumen, acetum lithargirii &c.

5. Singultus in febre putrida malum Symptoma esse observatur, & præparatis Melissæ, menthæ, vel portione Riveriana sistitur, aut saltem iminui solet, quod si non fit, ad opiata procedendum est, quæ ipsissima sæpe nullo sunt adjumento. Hæc autem Cura Symptomata quæque ita dirigatur, ut cum medela febris ut plurimum congruat.

Cura Confirmatoria.

Circa convalescentiam adhuc quædam mala remanere consueverunt, uti febricula tempore vespertino recurrens, sed hæc brevi emanet, aut cortice peruviano profligatur.

Nonnunquam sudores accedunt, qui a nimia laxitate solidorum exoriri solent, & curantur æquitatione, rusticatione, aut usu corticis peruviani.

Fatuitas, delirium mite, Vertigo, impuritas, & amaror oris, longius protractus, defectus menstruorum, Cachimia, Cachexia, &c. mala sunt quæ febrim putridam sequuntur. Quæ tamen omnia a defectu humorum, aut laxitate solidorum originem sumunt, unde roborantibus, leniter stimulantibus, & restaurantibus curantur, meliusque forma diætæ idem perficitur.

Famem autem illam Caninam post febres putridas, quæ per 14 dies plerumque protrahitur, moderari necessum est, ne ex accumulatione ingestorum recidiva sequatur.



T H E S I S.

I.

Febbris putrida non tam logice defini-
ri, quam oratorio more describi poterit.

II.

Ea neque febris cardinalis, sed ad
biliosam plerumque reducenda.

III.

Causa proxima febris putridæ ad-
huc dum incognita, & putredo potius
tanquam effectus, quam causa consi-
deranda venit.

IV.

Neque ea degeneratio humorum
reperitur in febre putrida, quæ alias
in cadavere putredo nominatur,

V.

Febris putrida solum gradu a maligna differt, cæterum easdem causas licet graviores, febris maligna agnoscit, eandemque medelam exoptulat.

VI.

Miliaria, petechiæ, aliaque exanthemata non semper critica.

VII.

Sicut eadem non semper a mala medela Medici originem sumunt.

VIII.

Unde exanthemata in febre putrida jam critica, jam symptomata reperiuntur.

IX.

Miliaria tactu, petechiæ visu potius discriminari solent.

X.

Symptomata sæpe diversam expostulant medelam ratione naturæ febris.

XI.

Cortex peruvianus, Camphora, Castoreum valeriana sylvestris, serpentaria, acida mineralia, vesicantia conveniunt in febre putrida, sed suo loco & tempore.

XII.

Emeticum, purgantia, solventia, acida vegetabilia frequentissima sunt remedia febris putridæ.